

II.

B R I E F E.



II
BRIEFE

A. Franciscus Dauidis Illustriss. Viro D. Jacobo Paleo-
logo, Spiritum Sapientiae et iuditij a deo patre per chri-
stum precatur.

Si quis omnes affectus humanos exuerit, is abstinebit saeculi nostri deplorare miserias. Ut autem de nostra saltem scribam functione, in ea incidimus tempora, ut tuto de veritate non liceat inquirere. Taceo, publice, quid sentias, profiteri. At, qui luce spiritus diuini illustrantur, postquam crediderint, neque tacere, neque amplius veritatem abscondere possunt. Tanta est animi spiritus illius vis, ut omnia humanae rationis figmenta contemnens, ad unicum illum collimet scopum, ut gloria dei illustretur et Ecclesia aedificetur, toto paene mundo interim furente et contradicente, cum quos pater filio dedit, oportet, ut colligantur, et vestis christi indiscissa maneat etiam in manibus militum. Primo fortasse aspectu quaestiones motae de rebus religionis ruinam et pericula maxima adferre videntur; at terrae motus, moriente et resurgente christo exorti, utique sedantur. Haec non scribo, quasi te virum Doctissimum ignorare sciam, verum ut ostendam, quid praecipue in hoc certamine me subleuet, et quomodo certus sim, deum per infirma vasa sua operari et praeter voluntatem et expectationem hominum perrumpere. Nec enim patitur, ut verbum suum vacuum ad illum redeat. Malevolentia et odio aduersariorum pertractus sum in has turbas. Cum persuasum esset apud me, me nolle publice quicquam docere et proponere, nisi quod in manifesto dei verbo haberetur, neque ipse tum intelligebam, quorsum ista; at tum vrgerer a parte aduersa. Animaduerti genus doctrinae fuisse corruptum, et plane alia via procedendum esse: Imo contrarias omnino theses ponendas esse ijs, quibus hactenus Doctrinam deo defenderimus. Disputationes habitae inter nos sunt confusae, at sic edi oportuere, ut sunt habitae, alias aduersarijs calumniandj maximas praebuissemus occasiones. Perlegi collectanea disputationis nostrae ad nos missa. Et ordo, et verborum series, imo et sensus multo est dilucidior et melior quam in priore: Nec dubito, multis vtilem fore si excudatur. Veram esse, et fundamentum habere firmum in verbo dei, nostram assertionem video, at per eam omnia obiecta aduersariorum dissoluere non possum. Si enim propter patris diuinitatem christo inhabitantem deus est, non video,

Josefstädter Gymnasium.

3

quomodo non vnum sit deus, filius cum patre: et si vnum, quo non aeternus, infinitus, et dico respectu diuinitatis. Si uero, hominem illum, asserimus, esse deum, quomodo non erit creatus et formatus imo recens deus: Si vero Christus in vetere testamento cognitus et invocatus est cum ab illis solum unus deus sit creditus et in vocatus, non video quomodo effugere possimus quin christus dicatur esse ille vnum deus. Ego vellem sane, si scripturae Analogia admitteret, nos christum fateri et numero et substantia differre a patre: Vetus et Novum testamentum non esse vnum et idem substantia, sicut Nec pater et filius vnum sunt substantia, neque patribus christi cognitionem, fidem et invocationem tribuere. Nam ex ijs subsequi multa, quae cursum huius veritatis impident. Defero tamen de ijs vel per literas vel coram me posse componeret et edoceri.

Dominus Spiritu suo sancto illuminet sensus nostros, ut normam verbi divini sequamur et in ipso vnum simus. Amen.

AlbE JULIE Transsiluan. 29. Nouembri 1570.

B. S. P. clarissime uir, Domine colende.

Nobilissimos maiores tuos Laconiae et reliquae Peloponnesi incolas et Dominos fuisse, oratio etiam literarum tuarum ostendit, in quibus βραχυλογία Τις λακωνικὴ καὶ τῶν λέξεων οἱ νόες πλέονές εἰσι, ut de thucydidis oratione olim dictum est: τοῦτο γάρ ἐστι λακωνίζειν οὐκ ὀλίγας συλλαβὰς γράφειν, ἀλλά περὶ πλεότων ὀλίγας. Quod igitur Epistolio breui quidem et Laconico, sed grauissimarum sententiarum numero, uerborum numerum fere aequante me salutare dignatus es: agnosco non ingenii solum et doctrinae ac sapientiae tuae regiam grauitatem, acumen, καὶ δεινότητα; verum etiam benevolentiae erga me sincerae et constantis specimen insigne, cui utinam uicissim non solum amoris uicissitudine et obseruantia, uerum etiam illustri aliquo officii genere possim respondere. Sed, te Heroica bonitate et sapientia praeditum, scio, in hac ingenij et fortunae meae tenuitate etiam animi grati memoriam et praedicationem non aspernari. Nunc libellum tenuem χρονολογιῶν mitto, cuius perlustratio ea de causa fortasse tibi non plane insuavis futura est, quia splendidissimae et Imperatorie familiae Palaeologorum mentionem in eo crebram inuenies.

Meministi autem nos, cum tui uidendi causa praecipue Pragam rediissem, de libro legis Mahometicae, quem Alcoranum nominant, conferre ac queri me de dissimilitudine editionum, quarum causam esse narrabas, quod non ipse Alcorani textus rythmis Arabicis expositus, sed paraphrases, ubiores, a diuersis compositae, in latinum sermonem translatae circumferrentur. Addebas autem, te ipsius Alcorani uersionem ad literam expressam nan-

cisci posse, eamque te mecum communicare uelle. Oro igitur, si absque incommodo et molestia poteris, ut beneficium illud mihi benigne impertias, et simul initium Hegirae seu Radicis temporum Saracenicae certum, et annum Mahometis natalem mihi significias. Legi nuper Coelii Augustini historiam Saracenicam, quae multo, me incertiorem, quam sui autea, multis de rebus fecit. Pag. 22 narrat, Mahometem patre Abedela et matre Enima in lucem editum esse anno Christi 560, mense Februario. Pag. 339, in Marochensis Regni descriptione, indicat Mahometem anno Christi 593, die 23. Aprilis natum esse.

Pag. 248 nascitur Mahometes patre Abdera, matre Emma temporibus Mauricii Imp. et Gregorii pontificis anno 597. Haec plane dissentanea ego conciliare nequeo. Recitat idem scriptor, Arabes, annos Legirae (alii Hegiram scribunt) inchoare ab anno Christi 593. Caeteri chronologi, quos ego secutus sum, ab anno Christi 551 ordiuntur.

Quaeso igitur, ut certum uel certe uerisimillimum Mahometis annum natalem, et Hegirae initium mihi demonstres, et simul indices, unde excerpta ex Alcorano Graeca uerba extent, quae in tertio libro chronicorum Philippi fol. Y. 4 seu 172 recitantur. Perturbat me in Coelij historia, etiam Meccae urbis situs, quam in Arabia deserta esse ait; cum in nostris tabulis in extrema parte Arabiae felicis uersus meridiem collocetur. Sed de his hactenus fortasse nimium. Quis Cyprii belli anno superiore exitus fuerit? an pacis Gallicae firmitas diuturna fore existimetur? an Mauri in Hispaniis progrediantur? an Turci inducias cum Imperatore factas bona fide seruent etc., cupio a te doceri. Conditiones pacis inter Reges Daniae et Sueciae recens initiae ad D. D. Simonem Proxenum misi. Adjunctam Epistolam, quaeso, ut Domino Lebadario exhibeas, eumque ad respondendum exsuscites, nam tabellarius ex Austria reuersus iterum isthae transibit. Interea per ocium me iis de rebus, quas discere cupio, prolixe et accurate scriptis literis edocere poteris. Bene et feliciter vale.

Rostochii Pridie Nonas Martij Anno 1571.

Dauid m. p.
Chytraeus.

Nobilitate generis, sapientia virtute et doctrina praestante
D. Jacobo Palaeologo Domino suo colendo
Prag in Collegio Carolino zu erfragen.

C. S(alutem) p(lurimam).

Ex tuis literis, quas heri ad vesperam recepi, intellexi id, quod maxime optabam, meas priores unacum Regiis, quas ad te proxime praecedenti posta miseram, esse tibi redditas. Metuebam enim illis, ne ob luem illam pestilitatis, quae Cracoviam occupasse

3*

dicitur, alicubi impingerent et non tam facile in manus tuas pervenire possint. Quod autem iubes, me gratias Serenissimo Regi nostro agere nomine tam illustris et ampliae tui commendationis quae literis ipsis perscripta est, id minime necesse esse arbitratus sum; nam posteaquam ita tecum rationes omnes iniveris, ut totum hoc tempus hiemis insequentis sit tibi in Polonia transmittendum, fortassis aderit occasio interea tibi ipsi Mtem. Regiam accedendi, cui et gratias agere et in reliquo gratiam illius ampliorem, si ita res ferat, poscere licebit. Ego uero, si tu copiam nactus fuero, non praetermittam, quin tibi omnia nostra constent officia, quaecumque hospite gratissimo, et amico veteri necessitudine mihi coniunctissimo exhiberi debent. Video autem, non esse tibi tutum diu Cracoviae immorari propter grassans illud malum, propterea si recedendum tibi existimaveris, indicarem locum, in quem tuto te recipere, et inde postea abiecta omni de se contagii suspicione ad nos pervenire valeas. Scribes itaque ea de re ad me, postea cognosces, me in obsequendo et rationibus tuis pro virili nostra accomodando presto semper futurum. Bene Vale. Warssouiae penultima Novembbris 1571.

Tui amans et studiosissimus

Jo(annes) Gaborowsky
Prepositus Sandeciensis.

Nobilissimo et doctissimo viro domino Jacobo Paleologo
meo charissimo et observantissimo. Cracoviae apud Magistrum (?)

D. Al molto mio Carissimo et singollare patrono Jacobo
Paleologho siotto (Chios) alias pater patrie vbi invenitur.

S. D. 1572 adi 12 di Magio in Pera — tempo fa che di fatti vestri non hebimo maj nova nisuna et questi di pasati capitò qui messer martino ranges el quale ci ha detto l'esser vestro in parte non nominata per il che mi è pasto dargli la presente et di notaryi in essa la sanità della madre et l'esser mio per che detto mi a stimullato che per amor suo voglia dimandar se la vestra madre sia uiva et per rispetto del detto ho dimandatto alcuni sioti che di detto luoco mancano da li 20 del pasatto et che da huomini che nela contrata sua stano vicini, ci ano detto sta sana alla quale habiamo — Giusta la riquesita del detto martino auisata la nostra venuta in qua et anche a sio quale uenuta a giuditio mio è, senza pericollo di qualli voglie sospitione che talli paessi sono tropo liberi la qual venuta mi sa malle sino a la morte non mi poter trouar et abocarmi con esso voi che forsi in parte risultaria in honor et debitto della patria et aiuto a la madre et annular alcune sospitioni dell'i vestri gia amici et hor quasi inimici. pallade fini la vitta, manuelle et teodoro sono qui in Pera

et se voi sarete qui tosto li vedrette et per che a me fu detto
che voi siatte in disperer della santa chiesa romana la presente
scrivo come paesano et amico la quale vi si serua per qual si voglia
parte et sensa dir altro fado fine et come amico mi ricomando a
uoi che nostro signore christo et sua madre vi conduchi qui sal
vamente per riquesita del detto martino dirò il mio nome aciò
facia fede del la patria quale son come patriotto per natura et
per religione Cristiana sotto l'obedientia della santa chiesa romana

Vincens. Gia dimesser Giustiniano il vechietto.

E. S. D.

Accepi literas Dominationis Vestrae Cracouiae septimo Au
gusti datas. Quod itaque ad annuam pensionem attinet, Majestas
Caesarea D. N. C. quod D. V. bene recordari poderit pro anno
septuagesimo, de ea satisficeri curauit. Et deinde decimo quinto
Septembris anni septuagesimi primi ducenti floreni D. V. ea
conditione iussu et voluntate Majestatis Suae sunt dati, vt impo
sterum pensio illa omnino cessare et sublata esse debeat.

Huius itaque sententiae cum Majestas S. etiamnum sit, eandem
Dominationi V. celare nolni, cui mea officia offero.

Bene valere D. V. precor.

Datae Viennae decima sexta Septembris Anno v. septuage
simo secundo.

R. St. Baro,
J. Schwartz.

Nobilitate et eruditione praestanti viro Jacobo Paleologo amico
suo percharo.

F. S. D. suaque commendat officia. Petis a me vberimas
literas; cogere vis naturam, quae, si furca pellatur, tamen usque
recurret. Si tribus verbis absoluere possem, facerem. Nos quo
tidie in pejus ruimus et nostris concertationibus turbamus Eccle
siam. Ad primum januarij diem anni huius in vrbe nostra conven
tus regni celebratur, vbi metuo, ne tanquam violatores decretorum
regni accusemur et a loco pellamur, nisi Deus consilia hostium
ex improviso impeditat. Convocati seniores elaborabunt omni conatu,
vt aduersariorum depellant calumnias coram regni proceribus et
impetrent liberam veritatis inquisitionem, post publicam Synodum
conveniemus, vbi auspice deo, quae ad Ecclesiae conseruationem
et veritatis propagationem facere videbuntur, inquiremus. Certe
vellem, si antequam haec gererentur, librum tuum quem de doc
trina Ecclesiae scripsisti, videre possem. Metuo enim, neplurima an
teactorum nos corrigerem oporteat, si modo res haec plena non

esset difficultatis et odii; spero Deum affuturum pijs conatibus. Aliud consilium de filio non habeo, quam vt ille vel apud te maneat et discat, si tibi molestus non est, et a domina proava recipias, quantum aequum est pro alimonia et institutione, aut illum Constantino erudiendum tradas; si vero iudicas, illum alicubi versari posse sine periculo vitae, oro, perscribas ad me, et tuo obsecundabo consilio,

Dominus te spiritu suo sancto regat et sonseruet Amen.

Claudiopoli 27. Decembris 1573.

Franciscus Davidis.

Clarissimo pietate et doctrina viro D. Jacobo Paleologo suo
in Christo dilecto.

CracoviE.

G. Gratiam et pacem quae est a Deo per Jesum
Christum.

Nicolaus seruitor dominationis tuae, scriptum reddidit mihi, quod tum accidit, dum revoluerem et describerem scriptum quoddam Danielis Racouiensis incolae, Simoni Michaeli bibliopolae et mihi missum a quodam nobili, in quo scripto, praefatus Daniel dicit: omnem scripturam foederis posterioris nempe scripta Evangelistarum et apostolorum ut plane apud eum suspectam reicit et Jesum a mortuis resuscitatum, nec futurum indicem negat, Christum interim confitetur fuisse ut alias plures, id praeципue demonstrans 45 locis, in foederis primi scriptoribus nempe Mose et prophetis hactenus male interpretatis, et insdem false per apostolos in scriptis ipsorum adductis de Jesu, postea 145 locis inter se discedentibus in scripturis Evangelistarum et apostolorum etc., id comprobans, quod quidem, si latinum exstaret, libenter missem, sed quia illud polonico sermone scripsit, non uideo, cur mitti debeat dominationi tuae et ceteris; certe ille plurimos infecerat, nec desinit inficere usque adhuc.

Quo reiecto, cum intellexisset ex epistola ad calcem scripti dominationis tuae adducta, qua potissimum id indicat, scriptum hoc ad me mitti, ut et describatur et ceteris communicetur illique remittatur, per eundem seruitorem sedulo id fieri curauit Racouien-sesque profesiones principibus viris Racoviensibus, quorum tum aliquot aderant: praesertim romano Gregorio et Martino cechoiutio legendum dedi. Quo uiso, dixerunt, se non habere tempus, quod in legendis eiusmodi scriptis conterere inaniter possint; haec vnum; ceteri quasi contemptu nec inspexere, philosophia inani, inquiunt se nolle opprimi, et similia.

Ego quidem descripsi manu propria, et remitto per Nicolaum, illudque ceteris comunicabo et iam domino Stanislaw Lutomirio communicaui, quod ille describendum quoque curabit, ut

cum ministris et ceteris viris piis in Ecclesia Lutomiriensi indicare possit, qui non adeo mentem et oculos Racouiensem interpretationibus obvolutos habet.

Quo in argomento Martinus Crouicius: iam octogenarius fere primus in polonia Euangelij ab anno 1547 minister, literas ad me eodem tempore 15 diebus ante mortem dedit, quas mihi diligenter reddendas curauit, quibus me sedulo admonet, iam qui moriturus erat, ut a negocio, suscepto non me permittam retrahi (ille enim ministerium verbi christiani contra Racouienses sedulo persecutus est semper cum, illo reiecto ad ministrandum mensis settim dedissent) sed ut importune et oportune illos admoneam per occasionem ut a reliquis Racoviensibus interpretationibus desinant, ut animos consternatos et conturbatos multorum sableuent et non opprimant amplius, nec sinistris interpretationibus scripturarum diuinarum inuoluant, qua in re dederam literas ad synodum Lutomirsko Septembre praeterito, quas equidem non omnibus legendas dederat.

Mirum est quod sibi placeant nostri boni fratres cum eorum sententia suscepta, ex quadam scripto Petri Bonisii poloni, cui titulum dederat: de primatu ecclesiae christiana, quam quidem non video conuenire cum sensu genuino dictorum Jesu Christi, eamque in volgus sparsam temere defendant, Vtinam illi iudicio maturo scriptum d. t. legere uellint, quo quidem satis abunde quantum indicare possum eam ipsorum sententiam absque scripturis conceptam refellit.

Qua in sententia ego quoque scripto d. t. adiutus, sermone polonico nostro libellum inter fratres dedi ea de causa, quod non omnibus data sit facultas legendi et intelligendi latini sermonis, dominus est orandus, ut ille aperiat mentem omnibus recte serendi verbum dei ut uno animo, ore et corde ab omnibus glorificetur ut deus eorum solus immortalis. Quoties reuoluo et relego literas domini doctoris Blandrata nostri datas quondam ad Philipovium quibus vir pius diligenter admonuit ut illi qui Racoviam egressi fuerant in se redirent ne inde cum ludibrio et dedecore ecclesiae dei (inquit) cogantur discedere. Omnia enim ita illis contigerunt omni nostrum cum dolore. omnia enim haec illis a nobis quoque olim dicta erant, ex quorum cisternis hac aquae quoque fluunt hactenus.

De rebus polonicis, quod dicam, non necesse habeo, *omnia* enim Nuntius principis Transilvaniensis referet abunde principi, a quo dominus doctor et ceteri ab eo destincte intelligent. Regem habemus tandem missum, quoniam deo uisum, coronatum, qui ut ceteras leges et libertates regni omnibus, ita quoque libertatem religionis omnibus servandam iurauit; quam confoederationem Polonorum novam nunc vocant. Obstabant quidem pontificis et Romanensium voces ne rex eo iuramento obstringatur, sed tandem multorum vocibus uicti et consensu, cedere coacti sunt. Valeant in quantum valere possunt dum dominus voluerit: quo illum in pace et tranquillitate diu collere et adorare possimus.

Haec pauca latine, ut mihi licet, dedi ad d. t. satis est, ut mentem et animum meum intelligat, Elegantiam vero sermonis et stilli, apud Somerum nostrum et alios quaerat: quem nomine meo rogo per occasionem salutet et d. doctorem. Me quoque amori et benevolentiae solitae d. t. commendo.

Cracovie 17. Martij 1574.

Amicus d. t.

Stanislaus Budzinski.

Al molto magnifico signor Jacobo Paleologo etc. etc. Amico honorandissimo

jn Transiluania.

H. Paria literarum principis.

Discrete nobis dilekte. salutem et favorem. Legi libellum tuum suplicem, fateor autem multum posse et debere aliquem mouere exemplis Illustrium virorum. Nec immerito. Maior est dignitas et authoritas scripturae prohibentis et dicentis, non esse communicandum cum hereticis, nec cibum capiendum cum iis, et Paulus vult, nos maxime erga domesticos fidej esse liberalis. Neque est quod feruiej tui memoriam refrices, aut enim ea seruicia, fuerunt deo jnvisa, genti que meae, nocuia, nec ob id remuneratione digna, aut vero opinio ea, qua nunc duceris, manifeste est falsa et erronea. Quod autem pristinam jllam fidem, quam tot annis docueras, nusquam scriptam esse scribas, vide, quam tibi sis contrarius; eundem enim librum sacrum ad manus habebas, et vti videri volebas, divino spiritu (fateor tamen diverso) prophetabas.

Quid est igitur, quod tot scandalizaveris moniales, asserens eam fidem quam nusquam videras; nonne qui vnum scandalizet, mola asinaria collo appensa demergendus judicatus est. Tu uero qua poena tandem dignus sis, ipse videris, cum scandalizasti plurimos, et deum qui te redemit abnegasti et quantum jn te est, multifaria scripture testimonia jllustria non solum retorquere, verum etiam expungere non erubescas. Pueris et stultis mulierculis hanc vanitatem tuam obrudas; ego enim certus sum et scio, cui credidij, qui potens est, debitum meum reddere, cui omnes prophetę testimonium perhibuerunt. Ne tamen id quod instissimis rationibus facere cogitabam Aliorum judicio avaritiae notam subeat et alioqui videar desperare, te tandem ad meliorem mentem redditurum, quod sane facies, si perire noles, decreui tibi jn Gyalu vas vini et modios tritici decem dandos. Quod si alioquin gratia miserentis dej te ab hac caeca opinione tua in gremium ecclesiae suae Catholicae aggregaverit, experieris, me et liberalem et jn familiam meam praestitorum officiorum tuorum memorem futurum. Datum Albae Julie die 18. marci anno domini 1575.

Stephanus Bathori
de Somlio propria.

Discreto Emerico chranadj nobis dilecto.

Paria literarum domini doctoris Blandrata.

Reuerende pater in domino! deus, omnis consolationis fons et misercors pater te soletur et pias tuas preces exaudiat. Ab illustrissimo principe nostro fauorem et eleemosinam, quam petivi, obtinuj, quam et hilariter tibi mittit, ac donat literis suis, quas ad te mitto, comprehensam; Quid vero scribat quamquam subolfaciam, nescio, quia ignoro. Tu uero pro tua pietate et gratitudine juxta genium quem tibi dominus concessit ex verbo dej, pure et candide respondere poteris. Ceterum assumpto vino et dato tritico ad me descende, — tute scis, me nusquam tibi fore jlliberalem futurum et bene vale Albę Julię 20. Marcij 1575.

Paternitatis tuę

Frater in Christo Domino

Georgius Blandrata.

Pietate ac Eruditione claro domino Emerico Chranadj celes-tis veritatis preconj fidelissimo fratri in domino honorando.

Excellentissime domine Palleologe! salutem et mej officij commendationem. Misi ad vestram Excellentiam varia literarum principis et Reverendi domini doctoris Blandrata, ad me datarum, in quibus eadem poterit jntelligere, quid habeam animj erga me, Tu itaque pro tua sapientia ne graueris respondere nomine meo. Velis illam responcionem quam primum ad me mittere; est enim animus adgredi jterum vel per literas vel personaliter; porro, vt illj gratias agam pro sua munificencia erga me praestita, Misi et responcionem Joannis Sommeri. Id quod a me optasti, quam poste-aquam perlegeris jterum per fidum aliquem ad me remittere tua excellentia ne praetermittat. Et bene valeat eadem cum tota familia Et dominum Joannem Gerendum nomine meo salutes quam officiosissime. Datum jn Zenth Kiralij 8 die aprilis 1575.

Eiusdem vestre excellencie

Beniuolus Emericus

Chranadj pastor

in Zenth Kiralij.

Excellentissimo domino Jacobo Palleologo summo Teologo et scripturarum divinarum interpreti fidelissimo et peritissimo, mihi domino summa eum obseruancia colendo.

Scriptum principis.

Confessionem exhibitam. vestrae Censurae subsentire putandel (intelligit pastorem Albensem) ego enim quammis nihil manifesti erroris quod dignum reprehensione foret in eis deprehendo, ani-maduerto tamen quandam perplexitatem verborum ac sententiarum

vnde colligo, latere anguem in herba, si curiosa ac longa per concatione per singulos articulos examinaretur, Et quoniam inter Arianismum, et fidem Catholicam medium quiddam spirare videtur, in articulis autem fidei minime admittatur electio seu opinio, inter duo extrema aut enim simpliciter verum aut simpliciter falsum sit necesse est, medium omnino non datur, est enim vna Sancta et Catholicæ. Ideo omissis his ambagibus, et inuolucris sententiarum mallem audire cum vno verbo subscribere fidei Catholicæ tot seculis receptę. Quod si fecerit, habebit et aetatis senilis, et servitorum suorum sorori nostræ charissimè præstitorum dignam compensationem.

Ego vestre excellentiæ scriptiōnem et responsiōnem cupio habere in te hanc sententiam.

Primo. Vellem Jpsum et principem esse censorem meç confessionis et non committet illis censuram, quia inter illos quoque est magna dissensio. Dionisius. est augstanæ confessionis, Carolius autem Tigurinæ inter quos est magna concors discordia, et ingens discors concordia inter duo contradictoria, Nam Dionisius more Capirnasarum Transubstantiatam carnem christi dentibus rodit et sanguinem sugit ore corporeo. Carolius autem more Sacramentariorum cum Zuinglio et Carolostadio nudum et euanidum signum et non signati exhibitum percipiunt in coena domini. Item de Mediatore Dionisius sentit contra Stancarum esse mediatorem secundum utramque naturam jn vna hipostatica vniōne cui contrariatur etiam Augustanus et multi alij, Carolius autem dicit mediatorem esse unam humanam naturam, consciens Stancaro et Lombardo; propterea nolo illos meae confessionis esse censores.

Secundo. Cum actio inter Arianismum et fidem Catholicam medium quiddam spirare videtur, respondendum esse puto, Regia via incedendum esse neque ad dextram neque ad sinistram flectendum sed media via tutissimum esse iter, probetur ex scriptura.

Ego autem nolo discere ab hominibus, qui jnter se sunt ita discordes neque illis subscribere, quia sum theodidactus et Christi discipulus, juxta illud: hunc audite, et discite a me, diligenter scrutamini scripturas.

Tertio. Subscripsi autem et omni tempore et subscribam propheticæ et apostolicae ecclesiæ per totum terrarum orbem sparse, superstructæ et fundatæ ipso summo angulari lapide Christi Jesu quem reprobauerunt aedificantes, qui factus est in caput angulj.

Hec ego vellem vt tua excellentia bono modo et ordine ad me perscriberet, vt possem illos apud principem perstringere. Ne illj essent futuri mee confessionis exhibitæ Censores. Quod si aliter noluerit princeps, ego non euro respondendum stultis secundum suas stultias. Confessio enim, qua exhibui principi, continetur jn biblia Tugurina et vocabulj nempe summo ? sacre scripturae veteris et noui testamenti, jn principio, mutauit autem vocabulum jncarnationis „jn conceptione“, et jn fine addidi, pro trinitate patrem ex quo per quem et in quo omnia. Tu pro tua sapientia vide, vt possim et valeam principi de hac re scribere. Raptim haec.

Vale et deo tuam excellentiam commendo, datum jn zenth Kiralij
3. die Junij 1575.

Emericus Chranadj.

Excellentni viro summoque Teologo, Jacobo Paleologo domino
mihi summa cum obseruancia colendo.

I. Magnifico Domino Jacobo Palaeologo, Jngenio eruditione
et uirtute praestanti etc. Domino et amico obseruantissimo.

Accepi literas Magnificentiae tuae vir Clarissime, quae mihi
multis nominibus gratissimae fuerunt. Tantum uero abest, ut do-
leam librum meum in usum aliquot dierum nulla a me uenia pe-
tita fuisse retentum, ut eo potius nomine plurimum mihi gratuler,
et in spem certam ueniam, quod semper optauj, futurae aliquando
arctioris inter nos familiaritatis, quod, cum nulla tibi adhuc sim
necessitudine deuinctus uel nunquam fortassis etiam de facie uisus,
meis rebus non solum libere, amanter et familiariter uti coepit,
sed etiam literis nos dignata est tam humanis et eruditis. His omni-
bus me ad amicitiam Vestrae Magnificentiae inuitarj ac quasi pro-
uocari auguror Quod ego nonne auide sequar, aut tantam tam
mihi semper expetitam occasionem negligam? Desiderij in hoc
mej nullum initium inueniebam idoneum, vt ego natione barbarus
homo, ac licet conditione nobilis quidem, in hac patria tamen,
humilis et obscurus, Graecum hominem et quidem Palaeologum tanti
nominis et eruditionis, de familiaritate prior compellare ausim.

Nunc vero postquam ista occasio data est, auide non am-
plerior solum, sed arripi, ac inuitatus, ultro accurro, nec libel-
lum aliquem, sed omnia mea, meque denique ipsum, Vestrae Ma-
gnificentiae, ex animo offero, ac dedico.

Vestramque Magnificentiam, diu prosperum ac felicem bene-
ualere cupio.

Datum Meggijesinj 25. die mensis Junij Anno Domini 1575.

Vestrae Magnificentiae
addictissimus

Emericus Sulijok Protonotarius Illustrissimi Principis Trans-
syluanj.

Domino Jacobo Paleologo olchona exhibeantur.

K. Spiritum consolationis et spei a Deo patre per
christum precor etc.

Magnum moerorem incusserat nobis praestantissime vir, quod
nullum rumorem de te intelligere poteramus omnes, qui tua et

familiaritate et pietate usi sumus, ac loco parentis te colimus et obseruamus; verum cum tuum puerum pro legato uidissemus, multum et recreati et gauisi sumus, uel ob hanc causam quod dominus nobis te incolumem et ecclesiae saluum redditum cum familia tua tota. Ut in posterum quoque te nobis conseruet, precibus cum tota ecclesia nostra non deerimus.

Audiui, vir eximie, te lucubrations in apocalypsim suscepisse, quas certe ex animo uiderem et legere equidem desiderarem, oro ut deinceps quidem quantum est in te hanc solertia et diligentiam in promovenda ueritate et ecclesiae non posthabeas.

Tu enim solus certe es, cui ecclesia et doctrina ista salutaris, quam deo auspice manibus habemus, curae est. Fratres nostri qui Albae capti erant, liberati sunt per bonorum virorum intercessiones; quid nobiscum agatur, tempus demonstrabit. Credo tamen deum Illustrissimum principem eo perducturum, ne quid damnj nostra religio patiatur, modo nos in orando et officio peragendo essemus diligentiores. Deus patientiae sit tecum et consoletur in isto tuo exilio. amen.

Colosvari 6. Augusti 1575.

Stephanus Szakman concionator hungarus etc.

P.Sc. Fratres nostri ex Baronia, quam Oenotriam appellant, ingressi erant ad nos, quos si audisses, qualia de cursu Evangelij narrant, mirareris et gaudio exultaret tuum cor; non desunt igitur ibi, qui veritatem istam profiteantur melius, quam nos, qui hic desideremus spe lucri. Vale et mihi aliquando scribito, ut exhiberari queam.

L. Clarissimum dominum doctorem Blandratam unacum Genesero Domino Martino Berzeuinio etc. dominos et amicos nostros obseruandissimos quos diligentissima nostro nomine salutari, illisque nostra officia commendari, per Clarissimum D. Jacobum Palaeologum cupimus.

Coronae 1. Decembris 1575.

Paulus Kerzius Doctor Corone mp.

Oro Clarissimum Dominum Palaeologum, ut Cracoviae mihi emat Basili opera, uel graece uel latine et mihi mittat per Clarissimum dominum Blandratam uel Magnificum Berzeuiceg qui pretium illius libri persoluet.

Paulus Kerzius Doctor.

M. S. P. D.

Unicas illas literas a te accepi, quas ad me dedisti tertia die huius mensis. Ante tres dies mihi primum redditae fuerunt, quod

factum est negligentia eorum, quibus eas mihi reddendas tradiderat generosus adolescens Kunouissius, quem salutandi doleo mihi ereptam esse occasionem illorum culpa, qui literas tamdiu apud se detinuerunt: audio enim, eximiam esse eius indolem, parentis autem virtutem omnes praedicant, quod apud me plurimum valet. Tu a me petieras, vt eum salutarem; detulissem ipsi tenuia illa officia, quae ab homine exule, cuj ne quidem tranquillum conceditur exilium, praestarj possunt. De rebus Polonicis, credo, vos istic esse maxime sollicitos. Laskius et alij Poloni suadent bellum Imperatoris et promittunt multorum ad ipsum defectionem statim, vbi arma Poloniae ostentauerit. Dudicis est hic, qui videtur esse in eadem sententia. Verum sunt plurimi, qui contrarium suadent, et sane iam est ea Jmperatoris valetudo, vt a bello abhorrere merito debeat.

Sunt hic multi, qui cuperent, pacem in Gallia non esse factam, et qui affirment, eam non fore diuturnam. Ego vero gaudeo, esse factam, et de ea bonam spem concepi, quam non patiar mihi eripi, antequam ad arma rursus deventum sit. Inferioris Germaniae res sunt perturbatissimae. Populus, irritatus Hispanorum iniurijs, corripuit arma et videtur, velle se vindicare in libertatem. Tanta est saevitia pestis Venetiis, vt dicatur iam absumpsisse ad centum millia hominum, nec se continet malum hoc intra vrbe, sed serpsit ad loca vicina, et praesertim Patavium, quod est fere redactum in solitudinem. Noster Thaddaeus tota hac aestate vixit in patria. Sribit, se exercerj multis litibus ob, nescio, quam tutelam, sibi ante aliquot annos demandatam. Homo philosophus non debuit pati sibi imponj procurationem earum, in quibus non est exercitatus. Vellem, eum, compositis in patria rebus, ad nos redire: apud nos enim iucundius viveret. Noster Perrotus dedit ad me literas Praga in quibus humanitatem tuam erga se mirifice praedicat. Nondum rescripsit ex patria. Si quid librorum ad me miserit, dabo operam, vt ad te statim perferantur. Bene vale.

Ratisbonae 22. die Septemb. 1576.

tui obseruantissimus et amantissimus
Hubertus Languetus mp.

N. Illustrissimo et Magnifico signor mio osservantissimo.
(Condolenzbrief.)

Quantunque V. S. illustrissimo con molti et quasi infiniti segni habbi dechiarato l'affectione, et amor grande che portaua, Al' Imperatore Massimiliano hora morto; l'esser non dimeno venuto da tanto lontane provincie, con tale famiglia alle spale, con tante difficultà di viaggi, tra le nemiche spade non senza gran pericolo de la uita, (non ostante l'ingiusta prigione Nostra in

Boemia patita) sol per vederlo, parlarli, et servirli: ha dato tal odore, et significatione d'amore, che è bastante, per mille lingue, a farne sofficiente demostratione.

Taccio la doglia, il pianto, et le lacrime, da V. S. Illustrissima et dalla sua signora consorte nella lui morte sparse; fano manifesto argomento, che non solo l'amaste, ma anco nel amarlo ardeste, piu un soneto di voi fatto nel tempo di detta prigione, que chamate esso, il Vostro Bene, dimostra quanto sia stato ardente l' Amor vostro verso quello che in tanto male, habbiate potuto chiamarlo Bene. Al' quod sonetto per consolar Vostra signoria illustre hor tant' afflitta con questi miei mal composti centoni io rispondo.

Quel ben, che noi, dicesti già, il mio bene,

Male, non bene fu, però ch' il bene,

(Qual non è mal alcun' ma uero bene)

Ben fu, Ben è, 't mai sempre sarà bene.

Ma il Bene nostro, il qual' già furi mal bene,

Non fu bene, non è, ne sarà bene.

Che il Bene, il quale una sol volta è Bene,

Fu Bene, è ben', ne puot' esser non bene.

Dico adonque, che mai fu il vostro Bene,

Poi che cessa esser bene, et hor' è male,

Che il vero Ben non è altro, che bene.

Ma il mal, che parue il ben, e pur fu il male,

Hora v' è tolto da quel' sommo Bene

Per darvi un vero ben', che non sia male.

Illustri et Magnifico viro et Domino. Domino Jacobo Palaeologo Amico et patrono perpetua fide colendo.

O. Clarissimo et Illustri viro Domino Jacobo Palaeologo, Chio etc. Domino et amico obseruantissimo e charissimo.

Signor mio obseruantissimo. Se ben volessi, non ho a chi leggere la sua dolce savia, mysteriosa, mirabile litera. perciòche se ben io mi sto in vna cittadella Ducale, pur ne io d'altri vo, ne mi vien data molestia con alcuna sorte de visite, ne ho praticia con alcune ne ci è huomo qua della nostra bussola. siche mi viceo quasi qua in più solitudine, che non m' imagino di V. S. là, tra li boschj come mi vien detto. — o quanti mysterij ha

la sua, dico la prima parte di pietà, del destino, del Stoicismo, dell' Academia. le quali cose m'hanno tenuto gran tempo l'animo in contemplatione. ma che, non ho ali di sollevarmi da terra. Non è molto, che con gran desio di cauarne la quinta essentia mi mite ingordamente a leggere Tullio de fato non lo posso intendere, et è imperfetto onde non posso credere che si possi biasimare la sua mente, o dire, senza ingiuriscarlo, che non habbia inteso la materia, in quanto era licito in quel tempo. perciò che manca il più bello, et il meglio. Erano signori della Grecia, e costui, ch' haveva ingegno, teneva valenti huominj appresso di se di quella natione, buoni philosophi, che gli masticavano ogni cosa, e egli poi digeriva più facilmente, di qui credo io, che nascessero li suoi belli componimenti de natura Deorum, De divinitate de fato, de finibus. Acad. quest. e altri libri nelli quali si vede una bella effigie della sapientia humana e greca di quelli tempi. Ma tornando a proposito, non intendo questo de fato, ne troovo huomo, che l'abbia voluto toccare nè con discorsi, nè con commentj etc. sarei schiavo a vno, che bene me lo dichiarasse, e aggiougesse per via di discorso il resto, che manca a quella materia. Mi è piaciuto d'essermi imbattuto in Un dubbio, che mi dava fastidio, e proposi ad un literato medico alli di passati per litere. ne però son fuor del dubbio. la somma è questa è qua vn ammalato, e credo durerà poco, lo tormentano con medicine. dicevo io hic morbus aut lethalis, aut curabilis est. Vtroque modo inutilis erit medicina. aggiongendovi questo altro, che ogni cosa naturale ha la sua meta, intra quam nequit consistere, neque illam transilire. alioquin non esset meta etc. Non so come negare con fondamento si debba, o posse perche quelle distictionj della necessita e contingentia, non mi paiono realjmente, ma sono al mio parere. ne mutano l'esser delle cose, o per dire meglio, il corso ordinario et vero, come ha da capitare, nè m' acquetano il cervello. se s'accetta questa quasi fatale necessità, in quanti labyrinthi s'entrà poi col ceruello, de praedestinazione potestate, de libero arbitrio de mille altri aegani di tormentare il povero intelletto! etc. In somma mi pare mirabile Epicteto, e pare si accordj con la nostra fede, che vuole apud Deum et pilos capitis in numerato esse, et folia arborum, et passeris etc. Ma Epicteto dice cosi: *Ἐπὶ παντὸς πρόχειρα ἔκτεον ταῦτα· Ἀγον δέ μ', ὡς Ζεὺς, καὶ σὺ γ' ἡ πεποιημένη, ὅποι ποθ' ὑμῖν εἴμι διατεταγμένος, ὡς ἐψομαι γε ἄσωνος· ἦν δέ γε μὴ θέλω, κακὸς γενόμενος, ὃνδεν ἥττον ἐψομαι.* Poi conclude — *ὅστις, δ' ἀναγκῇ συγκεχωρηκε καλῶς, σοφὸς παρ' ἡμῖν, καὶ τὰ θετέπιστατα.*

Non so che mi dire, ben volentieri saperei quel che dice l'unico et illuminatissimo intelletto del mio Paleologo in questa intricata, e quasi inestricabile materia. ma vorrei leggerla trattata da lui per viva forza di belli discorsi intellettuali, senza alligarsj ad autorità, nè de sette, nè de scritture, nè d'autori. Questo si, che mi sarebbe un dono precioso. E per che non m' è mai entrato

in pensiero di dimandargli questa gratia quando io ero più suo, e egli era più sfacendato, et eravamo più vicini? se si potesse poi aggiongervi la dechiaratione dello Stoicismo, e Academia vera, non Ciceroniana, harei l'intento mio. Posso io pregare, scongiurare, che V. S. pigli qualche hora, per amor mio, e spieghi in carte questi dubbij prego, supplico, quanto posso. ma voglio però quel che vuole lei, se vuole altro di questo che desidero io, et certo desidero senza fine, et misura. Potrà patire giamai il Paleologo che un amico et discepolo suo, tanto caro, si giaccia in questa ignoranza? non voglio cose communj, ne Jesuitiche, ne Calviniste, ne Lutherane. voglio un parto nudo, nato della vostra Minerva, senza esser ingravidata. da padre alcuno. quando più fara paradosso parto, tanto più auuincinerà a quel che desidero io. cose communj si truouano per tutti li cantoni. et io cerco più tosto cose et discorsi naturali et metaphysiche, che Theologali, dove bisogna dire *αντὸς ἔργα*, et starsene poi al detto. qua voglio exorbitantie etc. ecco che ritorno all' antica mia vsanza libera, per non dire presontuosa arroganza di pregarla.

Ego ne vt illuc redeam, vnde per summam injuriā, electus sum? Vorrei quasi più tosto, che mi si leuassero gl'occhi dal capo, che fissargli mai nel volto di colui, che indegnamente trattò mio padrone et e periurò in molti modi, si vera sunt, quae narrantur. Son alienissimo et lontanissimo dal pensiero di starmi là, anzi se ben potesse, et mi fusse honesto, commodo, vtile, senza pericolo non lo farei. tutto il mio pensiero è fermarsi in Morauia et comprar là qualche luoghetto hauuto che hauerò li miei dinari dal padrone et dalli Polacchi. solo mi spauenta il capo bianco, che veggo in visione, che in breue tempo, sarà padrone universale et assoluto di queste contrade, e più oltra. ma doue fuggirò io a facie domini? Essendo doncne in questo fermo proposito, nè potendo comprare mai, senza esser prima accetato, in coetum nobilium Moraviae, prego V. S. voglia aiutarmi col signor suo hospite et doue potrà, et sarà bisogno per mezzo suo, ch' io non habbia difficultà d'ottenere questa gracia da quel Marchesato. non erimus regno indecores; n' ho scritto à Cesare, et pregetolo de commen datitijs. n' ho parlato et scritto col signor Podhomorzi promette ogni fauore, ma accenna difficultà dalla parte de Ecclesiastici et Papistj, tra quali esso ancora è vno principale, benche à me si mostri amico benigno, e padrone singolare, così il signor di Pernstain, et signor friderico serotin. Di questo prego V. S. habbia singular cura, et la preghi, che me ne scriua, et mandi le litere di V. S. se può esser con quella scrittura, che dimando, per vn suo villano. pagarò la spesa. che mi spoglierei la camisia per simile occasione, dico di pagar il mestro d'vn simile thesoro. — Al signor Bekess non voglio scriver che non so doue il poverino si sia sbalzato dalla fortuna. Ma che libro è per l'amor di Dio quel Luces Sarmaticae! doue è stampato? puossi hauere? ne caream hoc thesauro, amabo te. — l'Alc . . . è liberato et è in Cracouia bandito dal nuouo. Imperatore dello stato il quale deueua sgombrar in tre di

suppongo che gli fusse detta la causa, non ottenne nulla. Quel vecchio Nasone è vn gran tristo è mio giuditio, perfido, ingannatore, ambitioso et nihil minus che pietoso. l' ho conosciuto nel maneggio di quel sfortunato negocio.

Questo basti per hora, perche dubito di non passar troppo con ciancirie insipide, non rispondo a tutte le parti della sua, perche non intendo tutto, massime in quel discorso de oriente, de stoicismo, de Acad. che seriua a ferdin. non biasimo, ma credo che rispostera meno putto, che non faro io dalle scriuere a Cesare tal quale nos mi viene risposto, e che maraviglia? punctum in spiritum s. hauere da trattare con noi. — non diedi dinari al ragazzo più d'vn par di grossi ch' ordinai allo spenditore, che gli fusse dato. non dimandò nulla che gli sarebbe stato dato, mi parue gentile, modesto, e molto a proposito lui raccomando e dono tutto a V. S. salutami la sua e pregando che mi risponda quanto prima la litera spero manderà il signore Kunowicz; Datum l'ultimo di decembre 1576.

P. Ser. S' io potessi esser riceuuto nel Marchesato senza che men' andassi in persona a supplicare mi sarebbe gran fauore perci- oche non ha il modo di far viaggio, non ho fronse di esser candidato et chirarmi ad ogniuno et massime agl' inimici, cioè Ecclesias tici poi vorrei più tosto ogni disgratia che ritornarmi con la ripulsa absenti omnia leuius cadent, et minus affident, preghi V. S. co testo signore che ci metta l'arme e i cauallj col s. padre, con parenti, con amici, che mi impetrino questo, e se sarà fatta questa gratia absenti, duplicabitur beneficium. Mi raccomando di nuouo et per sempre. ho scritto a longo a S. S.

Cesare auanti la morte sua per ristoro mio, mi aggiونse alla pensione. di 400 antica 200 altri. questa è stata confirmata dal successore. ma che? verba dantur in Camera, nè il debito liquido, giusto, ne questo, mi si paga et ego interea mendicato uino, getto via la patientia, ne posso in questo esser stoico, perche ho moglie cinque figliuoli, brigata, cosa che forse non haueuano quelli philosophi et questi gridano papà etc. son anco in pensiero di transferirmi a Vratislavia se non hauerò li dinari per comprar in Moravia, vt presentis et coram misericordiam implorantis misereantur duri illi thesaurarij. doue però forse non hauerci quiete per la conscientia che forse requirent subscriptionem Augustanae confessionis li defensori della quale non sono meno crudeli de Romani. benche io silentium milii indixi da alquanti anni in qua, nè seriua, nè ragione, nè disputo, hic intersum ceremonijs et concessionibus hermaphroditicis et vn certo recipe di Lutheranismo et Papismo mirabile, basta vsum populo permitto, come dice colui, scientiam mihi reseruo. Me offende l'animo tanta varietà d'openioni nel christianesimo in tutti li sette. Se la verità è vna, per che tante contrarietà ubi est igitur nella scrittura? come l'intenderò in tanta varietate interpretum? ogniuno la vuole per se. So ben quel che si risponde a questo, ma sono cose che seruono ad ogni parte sono luoghi communi. etc. delle mia commigratione a Vratislavia

dicami v. s. il suo discorso e opinione. mi manca qua conversatione et mi è grata et dolce questa quiete, ma alle uolte è noiosa per l'assalto d'humori melancholici. La prattica nelle città de literati e pericolosa, et forse più molesta, che la solitudine melancholica. Se che forse est potior solitudo, cuius molestia lectione leuari potest. di questo ancora dica ui qualche strauagante stoicismo. che Dio vi dia ogni bene.

P. Al Magnifico mio signore osservantissimo il signore Jacoppo Palaeologo.

A. Lauca.

von	Ar	Domine
anderer	De Hup	De vino
Hand	Pecunia Jacobi	De subcamerano con vna scatolla tonda.

Magnifico mio signore e Patrono osservantissimo.

Somma Alegrezza mi sarà quando intenderò il ben stare di V. S. e suoi di casa, manco di Vilna il 2 stante et gionse qui il 17 a buon salvamento Iddio ne sia ringratiauto, hebbe in animo trovare il magnifico signor Kiska per dirgli come mi partua per venire da la S. V. ma trovai di già era partito, credo heveria fatto cosa grata à l'uno et a l'altro il che me ne rincresce, intendo ch'esso non anderà alla Guerra ma solo manderà, mandola tasca della Signoria V. consorte spero ui sarà consegnata bene condizionata, ho pagato per essa fiorini 3. grossi 26½, Jacoppo suo servitore à receuuto da me in questo suo vltimo viaggio di littera fiorini 17 e mezzo come apare per mano sua, me rincresce nou hauere potuto fare secondo il mio bon animo et oblico che ho verso di V. S. pregoui hauere per excusato a la pouertà mia, puoi quanto al Zambellotto, uederò per ogni modo mandarne con migliore commodità, cosi di cuore ui saluto. Il re nostro si douea partire di Vilna il 20 a la Querra per cio che pace non era concluso gl'Imbasciatori dil moscouitto erano di già statti tre uolte dal Re, Et nella terza uolta il Re gli respose che sarebbe contento acettabre cio che gli offeriuano dare da parte del loro prencipe, et che dil remanente n'haueria puoi con trattato in campagna, quello che li moscouitti gli exebiuano si è la Livonia tutta ecetto Nerua, un porto di mare ano Donato al Re un presente valuta di deci millia f. cioè quattro mazzi Gibellini, doi caualli, doi Denti longi d'un palmo e mezzo l'uno dicono esser di pesce, un Arco, et altre bagatelle, grande Guerra è frascozzese contra Inglese, percio che, papa, franza, dona aiuto al Re di Scozzia et questo non per altro che per debellitar la Regina per potere puoi tirare l'aqua al loro molino piacia il signore mettergli la pace, fiandra non intendo altro se non che gli è Querra,

il Turco à spogliato alchune frontiere de la hongaria, dico de Soldati, per ciò che per le grande rotte hauto dal Persiano ua questo Anno proprio in persona a la Querra, il principe di Transiluania è morto già cinque settimane fà prego il Signor Iddio conservi V. S. moglie e suoi carissimi figlii nella sua santissima gratia di Cracovia il 27. Zugno 1581.

D. V. S.

servitor bernardo Mora.

Q. Vetus illa Illustrissimae Magnificentiae tuae benevolentia nativa clementissime princeps, et recens erga me declarata humanitas, quae fidej meae rationem postulare non dubitat, non leviter me ad respondendum commovit, qui iuxta apostoli sententiam omnibus quoque aliis sciscitantibus eam reddere ex animo debeo, ne dum Magnificentiae tuae, cui dominus vitae et fortunarum mearum arbitrium, vt Magistratui meo, permisit. Gratias itaque Deo ago, quod hunc animum Magnificentiae tuae dederit, ac ut eam ad agnitionem sui clementer perducat, ex toto corde oro. Ab ipsa autem Magnificentia Vestra supplex peto, ut responsionis meae libertatem Christiano et placido animo ferre dignetur. Conabor nempe illibreuter pro eo dono, quod dominus in me contulit, satisfacere: si prius de ijs, quae in invidiam caussae nostrae ab aduersarijs adferri solent, pauca dixerо.

Principio hoc apud me constitutum est, nullius hominis, quantum quantus tandem sit, tanti apud me debere esse authoritatem vt eum pro Magistro religionis sequar, si ab ijs scriptis, quae novet ueteris testamenti nomine censemur, discedat. Hoc et veteres omnes de suis laboribus sentiendum esse iudicarunt et, quotquot animo sunt sano et pio, tam inter nos quam adversarios idem semper iudicarunt. Quare cum ad Patres, concilia, synodos et interpretes pervenitur, simpliciter quid dicatur, et quam secundum scripturae sententiam non, quis aut quam multi dicant, spectandum est, deo nullius hominis aut doctoris invidia verbo Dei fraudi esse debet id, quod aequum esse Illustrissima tua Magnificentia ipsa quoque iudicat. Interpretationis donum et iudicium doctrinae in Ecclesia retineri oportere, non nego, sed ita, ne cuiquam homini fas sit, alijs fidej legem condere praeter sententiam scripturae, sit igitur illa lapis lydius, ad quem omnium patrum, Conciliorum et synodorum, denique vniuersae antiquitatis sententiae examinentur, a qua si dissentient, habeo mandatum de Christo: Hunc audite. Nam errasse concilia et patres quoque cum a se ipsis tum ab alijs dissentire, et tam illa quam hos sua invicem decreta abrogasse, manifestum est ei, qui illorum temporum historias diligenter considerat. Vnde igitur discam, cui concilio adhaerere debeam, aut cui patrum? Video ad scripturam me relegari, et recte id fieri iudico. Nam si confero: Scriptura dicit: Haec est vita aeterna,

ut agnoscant te solum verum deum, et quem misisti Jesum esse Christum etc. Athanasius non paulo sapientior Joanne, dicit: Haec est uita aeterna et fides catholica, vt unitatem in trinitate, et trinitatem in unitate veneremur. Vtri iam credam, Illustrissime princeps? Item: crede in filium Dei tu et domus tua, et saluus eris. Ille contra: Nisi quis fideliter crediderit trinitatem, saluus esse non poterit. Quo me uertam? Alterum repudiandum est. Apostolis ne plus credam, an symboli illius autori? Neque enim ullo modo possunt idem esse: credere trinitatem et credere vnum Deum. Dicet aliquis: conuenire illud symbolum cum scriptura: dicetque, Concilia non destitui planis testimonij scripturae. Dicet omnino, Illustrissime princeps, sed quando istud ostendet? quin, nec uocabula extitisse, ex ipsa historia Ecclesiae notum est, Quae ego quidem illi in Ethniciis scriptoribus ostendere possum; quando autem ille in apostolorum scriptis mihi monstrabit? Item quando ostendet, patres eodem modo vocabulis personae, substantiae, trinitatis et similibus usos esse? Quando probabit, illos de aeterna generatione idem sumsisse? Alexander, Arij aduersarius, dicit: eructatione genitum esse filium aeternum, quomodo probat? Eruerat cor meum verbum bonum. Alij secundum defluxum, alij secundum mansionem alijs secundum communicationem, alijs secundum emanationem: et quid non? Consubstantialem patri, Nicena Synodus dici oportere decreuit, et modos illos omnes repudiauit, teste Eusebio: An vide-licet sit Homousios iuxta diuisionem, resectionem, perpessionem quandam aut uersionem, aut mutationem virtutis patris, nec tamen alium aliquem modum constituit. Jam scriptura nihil horum habet: cur ergo homo pius illud Homousion recipiat? Dicetur mihi: propter haereticos inuenienda fuisse vocabula. Quid audio? Ergo Philosophorum vocabula fuerunt aptiora ad refellendos haeretecos quam verbum Dei? Mihi satis est sapientia spiritus s.: nolo doctores homines: non nempe ita negligentes salutis nostrae fuerunt apostoli, vt doctrinam de Jesu Christo, quam circumferebant, non planis et puris uerbis perscriberent. Petra, supra quam aedificata est ecclesia, haec est: Tu es Christus, filius Dei vivi. Haec confessio illis temporibus satis erat ad salutem. Cur ergo nos, Petra illa non contenti, super arenas has aedificamus, nempe: oportet credere tres Personas et unam essentiam. Illam Apostolorum doctrinam obsig-narunt et ipsi et alijs multi Martyres, sanguine suo confessi, Jesum esse Christum. Protomartyr Stephanus non testatur de trinitate et unitate, cum occiditur; sed quod Jesus stet a dextris dei. Nec Paulus castigatur, et affligitur ob adfirmatam trinitatem sed quod diceret Jesum esse Christum jam Judaeorum gentium. Illa doctrina miraculis adffirmata, est vt in Actis legimus. Illa vetustior multo est trinitate, quae post 300 annos primum hominibus credenda obtrusa est: nec simul et semel, sed serius filius homousius appellari coactus est. Post multos annos tandem ad Spiritum Sanctum quoque peruenit dignitas eo, ut Deus diceretur. Antea ne quaesitum quidem fuerat de hac re: idque a me non fingi docet histo-ria Ecclesiastica. Hinc non dubito, Illustrissimam Magnificentiam

tuam perspecturam, quam debilis sit aries ille, quo jam diu nos euertere tentat papa clamans, iam ante damnatam esse haeresin, Evidem ita esse non ignoro. Sed illud quaeritur, quibus rationibus damnauerint et quibus contra suam causam confirmant. Nam quos illi adferunt locos, nihil ad rem faciunt. Quis nempe non rideat illam Alexandri eructationem, aut alterius eiusdem aedificationem, qui confirmaturus, aeternum filium seipsum creasse in utero, adfert illud: sapientia aedificavit sibi domum. Sed haec alterius sunt temporis. Multas quoque emergere quaestiones nostro tempore atque etiam inter nos, quid curetur? Illustrissime principes, qui sciat, adeo per Sophistas illos et platonicos theologos omnia corrupta esse, ut nulla pene vniuersae scripturae sententia incontaminata manserit. Jam cum pro suo quisque dono studeat simplicem christianismo viam sternere, ac tritas illas removere: non id aliter potest fieri, quam ut suspectae sententiae et opinione impugnentur; Quodsi nec prophetarum, nec Christi, nec ulla subsecuta tempora fuerunt ab eiusmodi disceptationibus immunia non est caussa, cur in nostro longo inquietiori seculo et tantis rerum sacrarum labyrinthis cuique illud admirationem pariat. Caeterum illud vnicce deprecor, ne apud Illustrissimam Magnificentiam tuam causę meae noceat, si quid ab alijs seditione, impie, si blasphemie dicitur, si alij nequieret et improbe inveniunt. Non nempe magis ego illa praestare debo, quam ex Catholicorum illorum grege aliquis totius ordinis sacerdotum et Episcoporum facinora. Studeo certe facere quod debo, Suo quid Magistratui meo debeam, et spero vitae meae et ecclesiam dej et Illustrissimam Magnificentiam Vestram ipsam testem futuram. Haec in genere dicere me oportuit, eo, quod vulgatum sit ac plausibile quoque, talia obiecere nec dubito, quin Illustrissima Magnificentia Vestra omnia benigne apud se sit expensura.

Jam venio ad argumentum obiectum quod, extruitur ex fundamentis his: Christus vocatur homo nostri similis per omnia absque peccato.

Haec uerba sunt. Heb. 2 et 7, quae non possum negare, sed nequeo intelligere, quod requirat hic Illustrissima Magnificentia Vestra, nisi forte conceptionem, et Nativitatem quam non negamus ex Spiritu S. esse, teste ipsa Matre: quia virum non cognosco etc. Non extitisse Christus scribitur, antequam ex virgine nasceretur, sed primogenitus dicitur. Haec Petri sunt 1. Pet. 1. Et nulla litera est in toto Veteri testamento, quod Jesum aliquem filium dej ex Essentia ipsius natum fecisse aliquid et dixisse ostendat. Evangelistae describunt nobis initium Nativitatis, baptismi et vocationis Jesu, sed nusquam, quod sciam dicunt, eum prius fuisse et denuo incarnatum esse. Nam quid sit carnem fieri exponitur Heb. 2, ubi vocatur participare carne et sanguine et tam de fidelibus omnibus seu pueris ut ibi vocat, hoc dicitur, quam de ipso Christo nec tamen aliqui fuerunt pueri ante illam partinpatiōnem si ut illi volunt carnem fieri, et. Carnis participem fieri idem quod incarnari significat. Quare cum scriptum non sit, Cristum fuisse

ante nativitatem: cogor hanc quoque sententiam defendere, quam tradunt Euangeliste et Apostoli, eum in plenitudine temporis natum esse de muliere. Tertium dictum est Christum, traditurum regnum deo patrj cum destructa mors fuerit et hostes debellati. Haec sunt Pauli nerba 1. Cor. 15. Quae et ipsa uera sunt, quocunque tandem sensu accipientur. Ego sic sentio: Deum unum non esse omnia in omnibus: quia caro et sanguis reluctatur Spiritum, et hostes adhuc uersantur in acie: Deinde Christus illic non ut unus homo describitur, sed ut magni illius corporis Ecclesiae caput. Itaque quam diu mortale hoc in membris non fuerit absorptum ab immortalitate, et hostes prostrati, non potest dici subiectus patrj, quantum ad membra attinet. Nam regnat adhuc et pugnat cum hostibus, donec omnia ipsi subijcantur. Tunc tandem regno huic tunc ministerijs his, tunc uerbo praedicato et alijs regni administrationibus non amplius erit locus sed erimus ipsi similes, tota mente ac corpore ad voluntatem Dej compositi. Tum illi non hostes erunt, nec rebelles, non erit amplius Imperium et regnum, quale hic in terris exercetur. 4. Hoc quoque verum esse confiteor, quod spiritus dicatur Dej Patris, et filij Spiritus.

Nam hic loquitur Paulus Gal. 4. 1. Petr. 1.

Jam argumentum dissolvo:

Si Spiritus Sanctus dicitur Christi spiritus ante nativitatem,
Ergo Christus tunc extitit.